

6.

et sacrum proprium, non maculentur, aut defraudentur cum infamia, et manifesto periculo Statu nostri. Et ut hi tales, qui depreciant dignitatem Regimini nostri, et fidem suam, et sacramentum saltem formidine pene, caveant non solum in comitendo de inconvenientiis predictis, verum etiam a loquendo, et cogitando res, quae sint, aut esse possint contra quietem, et amane bonum, et utilitatem Statu nostrae Reipublicae.

Vadit Ray pro extirpando, et eradicando predicta de mente quorumcumque. Quod si de cetero aliquis, seu aliqui nostri Nobiles de nostro M^o C. per se, vel per alios, sub aliquo preterito, colore, modo, forma, via, vel ingenio, qui dici, vel imaginari possint, audebit, aut presumet facere aliquam sectam, confederationem, legem, aut compagiam, vel etiam intelligentiam, palam, vel occulte, verbi, et facti cum sacramento, vel sine pro adiuvando se invicem ad consilia nostra, ipso facto, sint perpetui Baniti de Venetijs, et districtis, et de omnibus Terris, et locis nostris, tam a parte Maris, quam a parte Terre. Et si durante Banno venire presumserint Venetias, vel ad aliquam, ex Terris nostris, finire debeat vitam suam in Carcere fari. Et si de predictis fuerint accusator, per quem veritas habeatur, habere debeat de Bonis eorum qui culpabilium haberi non possunt, suppletur per Comune, et veniatur de Credentia.

Et si aliquis ex his, qui futurum facerent, seu erunt in sectis, confederationibus, aut intelligentiis per modum, et pro causa superius declarata accusabat alium sociam, sive socios, ita quod per eius accusationem veritas habeatur. Sit ipse accusans absolutus ab omni pena, in qua praeterea incurreret. Et habeat dictas libras mille pro quolibet accusato, et teneatur de Credentia. Et si occurrerit quod aliquis contrafaciens, et culpabilis in predictis placitaretur in nostro C. X. non possit aliquis, et hi, qui possunt ponere Penam, ponere minorem Penam pene, quam superius declaratum est sub pena Librarum quinquagintarum pro quolibet contrafaciente exigendo, ut infra dicitur. Et non possit praesens Ray revocari, suspendi, vel aliter declarari, nec de predictis penis fieri aliquo

gratia